

annulo subbasali, anterioribus apice tarsisque articulo ultimo nigro-piceis; membrana hyalina, venis fuscis, areolis totis, macula ad apicem cunei apicem areolae minoris attingente aliaque limbi exterioris majore usque ad angulum areolae majoris producta nec non macula discoidali fusco-fumatis; pronoto confertim fortiter impresso-punctato, scutello hemielytrisque crebre attamen paullo minus dense impresso-punctatis, illo adhuc crebre fortiter transversim strigoso; vertice (♀) oculo vix aequae lato, omnium tenuissime marginato, medio fere immarginato. Long. ♀ 6 mm.

Kupi, D. Dmitrijeff (Mus. Acad. Petrop.).

Praecedenti colore signaturisque sat similis, statura multo magis oblonga, vertice omnium tenuissime marginato, scutello non solum strigoso, sed etiam crebre punctato, hemielytris fortius punctatis structuraque tarsorum mox distinguendus. Caput cum oculis basi pronoti duplo angustius, vertice medio sulco longitudinali instructo, fronte valde declivi, clypeo basi a fronte leviter discreto, genis humilibus. Oculi (♀) magni, nigri, nitidi, laeviusculi, orbita interiore fortiter sinuati. Antennae speciminis descripti desunt. Pronotum basi longitudine circiter dimidio latiore et apice fere triplo latiore, disco postico versus apicem sat fortiter convexo-declivi. Tibiae subtiliter testaceo-spinulosae. Tarsi postici articulo secundo margine inferiore eodem primi duplo longiore, tertio secundo brevior.

9. *Lygus vittatus* n. sp.

Superne pallide flavo-testaceus vel fere albido-flavens, capite ochraceo; pronoto apice cum callis fasciaque sat lata ante limbum basalem, scutello vitta media interdum obsoleta, clavo margine scutellari apicem versus late, commissura suturaque clavi anguste, corio vittis duabus posterioribus per venas ductis angulisque apicalibus nigris; membrana obscure fumata, medio pallidiore, venis testaceis; cuneo gutta media marginis basalis dimidioque apicali femorum posticorum sanguineis, his ante apicem annulis duobus nigricantibus; tibiis fortiter nigro-spinulosis, anticis parce spinulosis; tarsis nigro-